

ORATIO

CVIVSDAM STUDIOSI DE
CAPTA ET DIREP-
TA VRBE RO-
MA ANNO.
1527.



F T SI INTELLIGE-
bam eos qui hoc loco pro
more scholæ fictas fabulas
agunt, multo minus oneris
sustinere, quã qui ueras aus-
sas tractandas suscipiunt
tamen me, non fiducia inge-
nij, quod sentio quam sit exiguum, sed magnitudo
doloris perpulit ut hunc in locum non fictum argu-
mentum ex ueteri aliqua tragœdia, sed historiam
adferrem nimis quam ueram. Sum enim dicturus
de crudelissima urbis Romæ direptione, & de plo-
raturus indignissimũ casum ciuitatis omnium, reginæ
atq; dominæ, Etenim cum nemo tam ferus sit, tam-
q; prorsus ab hominis sensu alienus qui non acer-
bissime ferat indignam patriæ quæ genuit, quæq;
educauit fortunam, quo tandem animo nos accipere
urbis Romæ interitum atq; excidium deæt, cum
ea